

Petrus de Vinea

*Ep. V 100 (De tua prudentia
et fidelitate confisi...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 100 (De tua prudentia
et fidelitate confisi...)*

1242

Cuidam nobili, ut procedat ad regimen ciuitatis, cui prefecit eum in Potestatem.

1. De tua prudentia et fidelitate confisi, te Potestatem ciuitatis Esculi pro anno futuro duximus statuendum, fidelitati tuae mandantes, quatenus ad predictam ciuitatem te conferas, et Potestariam ad deuotionem et fidelitatem nostram et pacificum statum ciuitatis ipsius debeas fideliter exercere. 2. Iures nichilominus Statuta ciuitatis ipsius, et consueto dari predecessoribus tuis salario sis contentus. 3. Damus etiam Consilio et Communi ciuitatis eiusdem nostris litteris in mandatis, ut tibi in omnibus, quae ad ipsius Potestariae officium spectare noscuntur, pro eodem anno intendere debeant, ad honorem et fidelitatem nostram, tamquam a maiestate nostra statuto consuetum tibi salarium prestituri.